

I D E A §
GRAMMATICÆ
L A T I N Æ

Facili Methodo descripta.

P E R
EDONEM NEUHUSIUM.



Rk 357

J U A R D I A E;

Ex Officina CLAUDI
Iustini Ordinum Frisia
ANNO CLO. I

EDO NEVHUSIVS
GRAMMATICA
DISCIPVLIS S.

Quicquid præcipes, esto bre-
vis: ut citò dicta
Percipient animi dociles, te-
neantque Sideles.



Ecundum
hoc Horatii
Præceptum ,
GRAMMA-
TICAM vo-
bis , A ntuli , paucis
contra^t. in or-
dinem

dinem adduxi , & quibus-
dam quasi lineamentis BENE
LOQVENDI IDEAM de-
scripsi : quam Cl. Vir , G.
PASOR , Medullam Gram-
maticæ Melanthonianæ ap-
pellat. Dabit bonus Deus ,
& benigna PROCERVUM
Gratia , ut brevi Grammati-
cam uberiorem habeatis : in
quâ dirigendâ ordinandaque
Cl. Viri , V. REVIVS , Med.
D^r & P. MOLIJVS , I. V.
D^r hic Scholæ Sⁱ apnæ ; ille
Frane^c x Stor ; suam
mecum

mecum operam Frisiae Juven-
tuti locarunt. Interea hoc
BENE LOQVENDI COM-
PENDIVM , quod vobis
quam potui aptissimè con-
cinnavi , usurpare , & Gram-
maticam , in hac ætatis vestre
teneritudine , probè diligen-
terq; discite , exercete : quæ ,
ut Atriensis veterum Famu-
la , peregre venientes hospi-
tes excipit , aditumque illis
ad penetralia Doctrinæ sacra-
ria reclu

A ; Va'ete.

DECRETUM.

ILUSTRES FRISIAE ORDINES singulari DECRETO sanxerunt, ne quis TRIGAMAR-TIVM EDONIS NEUHUSII, intra decennium, preter ipsius Hæredum rē voluntatem, in Frisia typis excudat, excusam rē in hanc Provinciam importet, aut rē vendem habeat. Qui secus faxit, pœnā ILLISTRIVM ORDINVM DECRETO constitutā mulctabitur. Leovardix, xvii. Octob. m. d. c. xxxv.

Fusso Ordinum Delegat.

L. B. E. X M. A.

Gram-

Grammaticæ Compendiofæ

LIBER PRIMVS,

DE ETYMOLOGIA.

CAPUT I.

De Literis & Syllabis.



GRAMMATICA est Ars bene loquendi.

Partes ejus duæ sunt, *Etymologia*, & *Syntaxis*.

Etymologia est prior pars Grammaticæ, quæ dictionum naturam discriminat.

Estque cum de Dictionum Elementis, sive principiis; tum de Divisionibus ipsis.

Elementa dictionum sunt *Litere*, & *Syllabe*: quarum est *Orthographia*, & *Prosodia*.

Litera est aut *Vocalis*, aut *Consona*.

Vocales sive *V*: A. E. I. O. U. Y.

Consonæ 17. B. C. D. F. G. H. K. L. M. N. P. Q. R. S. T. X. Z. quarum assument naturam j. & v. quando alijs vocalibus præponuntur, ut *Juno*,

A 4

Vñ:

I D E A

Vib: & ad differentiam vocantur *Iota*, *Vau*.

Syllaba est comprehensio literarum, quæ uno eodemque spiritu ac tono effertur. Cujus consideratur tum *Constitutio*, tum *Prosodia*.

Constitutio est aut *Regularis*, aut *Irregularis*.

Regulariter Syllaba constat aut ex una Vocali: ut. A. E. I. O. Ea

Vel ex pluribus, & dicitur diphthongus, ε, ο, αι, ει: ut, *Cesar*, *Calum*, *Aurum*, *Eurus*, *Omnēis*.

Vel ex vocalibus & consonantibus: ut, *Ars*, *Mens*, *Stirps*, *Mos*, *Mus*.

Irregularis Syllabæ constitutio fit per *Figurationem*: quam *Metaplasium* vocant: qui est Syllabæ aut *defectio*, aut, *adjectio*, aut *commixtio*, ut:

Aphoresis resecat dictionis initium: *nascor*, *pro gnascor*:

Syncope de medio collit: *repostum*, *pro repositum*.

Apocope finem mutilat: *peculi*, *pro peculii*.

Crasis syllabas duas in unam contrahit: *Tbcsei*, *i aurēo*.

Prosthesis apponit principio: *retuli*, *protuli*.

Epenthesis apponit medio: *alium*, *relligio*.

Parageōe adjicit fini: *dicier*, *bijuste*.

Dieresis dividit syllabam unam in duas: *au-lai*, *pictai*.

Antithesis literam ponit pro littera: *Olli*, *factiūda*.

Metathesis literas transponit: *pistris*, *Evandre*.

Systole

GRAMMATICÆ.

Systole longam syllabam corripit: stetérunt, pro stetérunt.

Diastole brevem protrahit: ita *Melos* Persius producit.

C A P U T I I.

De Prosodia.

PR OSODIA Syllabarum est in earum *Accentu*, & *Quantitate*.

Accentus, pronunciandi ratio, est *Acutus*, *Gravis*, & *Circumflexus*: quorum præcipue, quoad pronunciationem, ratio haberi debet in vocibus Emphaticis, in Figuris Rhetoricae Repetitionis, in Interrogationibus.

Discriminis causa Accentu notantur Ablativi primæ Declinationis, *Musā*, *Gloriā*. Adverbia quædam, *aliquò*, *continuo*, *dolte*, *imè*, *pa-lam*. Ad notandam ex quantitate significacionem penultima & antepenultima: occido, occido.

Quantitas est Syllabarum mensura, qua illæ aut longæ sunt, aut breves, aut arcipites. Atq; hæc proprie *Prosodia* dicuntur.

Quantitas cognoscitur aut *Præceptis*, aut *Auctoritate*.

Præcepta sunt tum de *omnibus Syllabis*, tum de *Certis*.

A s

Præce-

I D E A

Precepta de omnibus Syllabis.

1. Positio omnis longa est: *Arma*.
2. Diphthongus omnis longa est: *Aeolus*.
Ehruis. Nisi cum sequitur vocalis: *praesse*, *preire*, *præstus*.
3. Contractio Syllabam producit: *cogo*, *tibicen*.
4. Vocalis ante vocalem brevis est.

Excriptum.

1. Genitivi & Dativi quinque Declinationis, *Diei*.
2. Genitivi pronominalium in r̄ūs, penultimam habent ancipitem: *Præter Alterius Altius*.
3. Tempora à *Fio*, in quibus non est r̄.
4. Derivatum sequitur naturam originis. *lego*, *legerem*, *legam*: *naturam*, *natura*.

Excriptum.

Dicitax, *læcerna*, *dux dūcis*, *ren rēgis*, *lex lēgis*, *vox vōcis*, *lāterna*; à *dico*, *lāceo*, *dūco*, *rēgo*, *lēgo*, *vōto*, *lāteo*.

5. Muta cum liquida r̄. vel. 1. post vocalem natura brevem, syllabam facit ancipitem. *Patris*, *arbitror*, *celebris*.

Precepta de certis syllabis, ut de P R I M A.

1. Ex Compositione quantitas cognoscitur per accentum. *Lēgo*, *perlēgo*: *lēgi*, *perlēgi*. *Probus*, *improbus*.

Excri-

GRAMMATICA.

Excriptum.

Composita à dico, juro, notam, *sopio nubo*.

2. Præterita & Supina disyllaba primam producunt.

Excriptum.

Bibi, *dedi*, *steti*, *tuli*, *scidi*, *fidi*, *datum*, *saturn*, *ratum*, *icum*, *quitum*, *litum*, *situm*, *rutum*, *citum*.

De Mediâ Syllabâ.

1. Ex diminutione in polysyllabis quantitas cognoscitur per accentum, *Legeramus*, *legeram*: *hominibus*, *homini*.

De ultimis Syllabis.

1. Syllabæ in Consonantes desinentes, extra positionem, plerique sunt breves.

Excriptum.

1. In *As*, *Bonitas*, *Aeneas*, *mensas*, *amor*, *foras*: quæ longæ sunt, præter Nominativos, & Accusativos Græcorum.

2. In *e.s*, *Locuples*, *Auchises*, *panes*, *discēs*, *oddies*, quæ longæ sunt, præter Nominativos plurales Græcos; Nominativos tertiae Declinationis, ubi penultima Genitivi crescentis corripitur. *Miles*, *Seges*, præpositio *penes*: Neutra Græca, *cacoëthes*.

3. In *is*, Dativi & Ablativi plurales, *Mūsis*,

I D E A

sis, dominis, scamus, nobis. Secunda persona singularis quare Conjugationis, *Audis, Malis, nolis, possis, vis, velis.* Ita *quamvis, quivis.*

4. In u s, Quartæ declinationis genitivus singularis, & Nominativus, Accusativus Vocatus plurales. *Fruktus.* Feminina per u. longum crescentia. *Palus, incus.*

5. In o s, *Custos, honor, dominos.*

11. In a. producuntur Ablativi prime declinationis, Imperativi secunda persona prime conjugationis, Adverbia. *Mensa, Ama, contra.*

Corripiuntur Nominativi, Accusativi, Vocativi in a. *Musa, Scamna.* Ita *quia, eja, postea, triginta.*

111. In e. corripiuntur Nominativi, Ablativi, Imperativi & infinitivi tertiae conjugationis, Adverbia quedam. *Cubile, patre, curre, currere, bene, male, impune.*

Producuntur Ablativi quinte declinationis *Die.* Imperativi secundæ conjugationis *doce.* Adverbia formata ab Ablativo secundæ declinationis, *dōde.* Græca in e. ab éta. *Epitome.*

1 v. In i. producuntur Casus Nominum, & Tempora Conjugationum. *Viri, patri, legi, doceri.*

Corripiuntur Græcorum Dativi & Vocativi. *Palladi, Pari.* Et *Nisi, quasi, Mibi, tibi, sibi, ubi, ibi,* communem habent ultimam.

v. In o producuntur Dativi & Ablativi, *Dominio,*

GRAMMATICA.

minus, doceo. Adverbia ab ablatis formata. *Tan-*
rò, quanto, certò. Græca ex a.

Cætera ultimam communem habent.

v i. In u, producuntur. *Cornu, fructu.*

v ii. Monosyllaba pleraq; producuntur. Præter dictiones Encliticæ & Syllabicas. *que, ve, ne, ce, te, pte.* Et exeuntia in a. b. l. r. *Ab, ad, Mel, sit.*

Restat Poëtarum Autoritas: unde petenda est syllabarum quantitas, cuius in præceptis ratio redi non potest.

CAPUT III.

De Vocabum Specie & Figurâ.

Succedunt Dictiones ipse: quarum sunt tum *Com-*
munita accidentia, tum *Differentie & Species.*

Communita accidentia sunt *Species*, & *Figura.*

Ex Specie dictio est *primitiva*, sive nempe ori-
ginis; aut derivativa, quæ originem aliunde trahit.

Derivative species sunt; *Patronymica, Pri-
mides: Gentilia, Romanus, Arvabs: Posses-
siva, Regius, Evandrius: Diminutiva, libellus:
Denominativa, Iustitia, à Iustus: Verbalis, le-
tatio à lego: Adverbialis, Crastinus à cras: propin-
quus à prope: Numeralis, unus, primus, singuli,
duplus, bimus, trimus.*

Ex Figura Dictio est simplex, *Doctus*: vel
Composita, *Indictus*: *Aptus, ineptus.*

C A

C A P U T I V.

De vocum variatione ex numero.

EX Differentia & speciebus Dictionis est *Variabilis*, & *Invariabilis*.

E Variabilis est, quæ certo Numero finitur.

Numerus est *Singularis*, vel *Pluralis*.

Singularis rem unam significat, ut *Cæsar*.

Pluralis res plures; ut, *Cæsares*.

Collectiva tamen Nomina sub singulari terminacione plura significant: ut, populus, plebs, gens.

Dictionis numero finita est, *Nomen*, *Pronomen*, *Verbum*, *Participium*.

Nomen est dictio variabilis, quæ rem significat, non actionem.

Eius propria Accidentia sunt, *Genus*, *Qualitas*, *Casus*, *Declinatio*.

C A P V T V.

De Genere Nominum
ex Significatione.

Genus est Nominis distinctio ex Sexu.
Estq; *Masculinum*, Hic: *Femininum*, hec: *Neutrum*, hoc: *Commune*, hic & hec: *Omnne*, hic, hec & hoc.

Cognoscitur Genus tum ex Significatione, tum ex Terminacione.

De Significatione sunt haec Regulae.

i. Virorum, officiorum virilium, Mensium, Ventorum, Fluviorum Nomina, sunt generis Masculini.

ii. Mulierum, muliebrium Officiorum, Urbium, Arborum nomina, sunt generis Fœminini.

iii. Fructuum, Metallorum, Leguminum nomina, pleraque generis Neutrisunt. Ita nomina technicæ accepta.

iv. Quæ viris ac mulieribus pariter convenient, generis communis sunt.

v. Numeralia nomina, à quatuor ad centum, sunt generis omnis.

vi. In Adjectivis trium terminationum prima est generis masculini: secunda fœminini: tertia neutrius. Duarum terminationum prior generis communis, posterior neutrius. Unius terminationis Adiectiva, sunt generis omnis.

C A P V T V I.

De Genere Nominum
ex Terminatione.

TERMINATIONIS Regulae ex singulis Declinationibus præcipue petuntur.

I D E A

1. In **A**s, & **E**s, primæ declinationis sunt generis Masculini: *Aeneas, Anchises, Tiaras.*
2. In **A**. & **E**. prime declinationis sunt fœminina, *Musa, Epitome.*

Ex C I P I U N T U R.

1. Græca à **T**h*ε***s** *Coneta, Planeta*, Masculina.
2. Verbalia: *Incola, homicida, verna, Communia.*
3. Hic *Mammoma, Adria*: hoc *Pascha, Manna.*
- III. In **E**R, **I**R, **U**R, **U**S, **E**U**S**, Secundæ Declinationis, sunt generis Masculini. In **U**M, generis Neuteri.

Ex C I P I U N T U R.

1. Fœminina. *Vannus: domus, alvus, fucus, humus.*
2. Græca: *Abyssus, antidotus, arctus, dialectus, diphthongus, eremus, pharius, balaenus.* Et composita ab **id**: *Exodus.*
3. Fruticum & gemmarum quedam nomina: *Nardus, bibulus, papyrus, crocus, hyssopus.*
4. Neutra, hoc *pelagus, virus, vulgus*: quod tamen est masculinum sèpe.
- IV. Tertiæ declinationis in **A**s, **E**s, **I**s, **O**s, verbalia; **D**o & **G**o hyperdisyllaba, **S**, post consonam; **X**, sunt generis Fœminini.

Ex C I P I U N T U R.

1. Ab **A**s. Hic *Mas, Maris; As, assis; Vas vadis.*

Adanus;

G R A M M A T I C A

Adamus, Elephas, Gigas.
Hoc *Vas, vasis.*

2. Ab **E**s: *hebes, paries, aria, &c.*
Hic *pras; hoc as, aris.*

3. Ab **I**s. Mascula sunt, *Panis, penis, &c.*

4. Ab **s**. Masculina sunt, *Fons,mons, pons, dens, oriens, occidens, torrens subitantiva: chalybs, seps, hydrops.*

5. Ab **x**. Græca, hic *abax, mystax, thorax.*
Apex, caudex, codex, cimex, grex, &c.

Calix, fornix, spadix, phænix, bombyx.

v. In **O**, **E**R, **O**R, **O**S, Tertiæ Declinationis, sunt Masculina.

E X C E P T I O.

1. Ab **O**. Hæc *Caro, grando.*

Hæc *Echo, Argo.*
Hoc *pondio.*

2. Ab **E**R. Quæ *Ver & Ber* finiunt, neutra sunt: *Ver, uber. Sic iter, spinter.*

3. Ab **O**R. Hæc *Arbor.*

Hoc *Cor, aquor, marmor, ador.*

4. Ab **O**S. Hæc *cos, dos, glos glocis.*
Hoc *O*S, *Chaos, Melos.*

VI. In **A**, **E**, **C**, **L**, **N**, **A**R, **U**R, **U**S, **U**, mutantia, **T**. Tertiæ Declinationis, neutra sunt.

E X C E P T I O.

1. Ab **U**S. Hic *Mus, Lepus, Leporis.*
Hoc *jus, phis, rus, thus.*

2. Ab **U**R. Hic *Furfur, turtur, vultur.*

B

3. Ab

I D E A

3. Ab **n.** *Hic Pan, Pan, Titan, lichen, attaren, lien, ren, splen.* A *Cano Composita.*
Hic fidicen, tubicen, tibicen. Ita *Canon, Agon, Hæc icon, sindon, halcyon.*

4. Ab **l.** *Salline* plurali neutrum; integrum masculinum est. *Sol, masc.* Ita *mugil, pugil.*

5. Ab **c.** *Halec* sine plurali neutrum, integrum masculinum est.

VII. Quartæ Declinationis in **u s** masculinum; **u.** neutrum.

E X C E P T I O.

Fœminina sunt, *Aenus, munus, tribus, porticus, idus, dominus, colus.*

VIII. Quintæ Declinationis in **E s** sunt generis fœminini.

E X C E P T I O.

Die singulare commune; plurali masculinum. Composita masculina sunt.

C A P V T V I I.

De Qualitate Nominum.

Ex Qualitate Generis Nomen est *Substantivum, vel Adjectivum.*

Substantivum est, cuius significatio per se, absque altero addito intelligitur, sub uno genere, aut ad summum duebus.

Estque

G R A M M A T I C A.

Estque *Proprium, vel Appellativum:* Illud uni convenit: ut *Julius, Roma, Rhenus, Bucephalus:* Hoc multis commune est: ut, *Homo, Flumen, Equus, Urbs.*

Adjectivum est, cuius significatio absque altero intelligi non potest: additurque illi *Man/ Wijff / Dincti.*

Adjectivo convenit *Terminatio & Comparatio.*

Terminatur Adjectivum aut sub uno fine, ut, *Felix, sapiens:* aut duobus: ut, *Dulcis, dulce:* aut tribus: ut, *Doctus, docta, doctum.*

Comparatio est variatio Adjectivi per gradus: cuius significatio augeri minuive potest.

Gradus comparationis tres sunt: *Positivus, Comparativus, Superlativus.*

Comparatio est *Regularis, vel Irregularis.*

Regulis Comparativum à positivi casu i, format in o r: Superlativum in S i m u s; aut ab e r, in R i m u s. *Amicus, amicior, amissimius: Fortis, ti, tior, tissimus. Niger nigerrimus.*

Irregularis est, vel in diversâ Graduum Formatione, vel defectu: alias positivo; alias comparativo; alias Superlativo desiderato.

Adiectiva in is, & us, purum; in dus; in I mus; in Plex, in I vus; in T i n u s; etiam multa in e r, desinentia, non comparantur.

C A P V T V I I I.

De Casibus Nominum.

SEQUITUR Casus Nominum: isque vel *Rectus*, vel *Obliquus*. *Rectus*, *Nominativus*, & *Vocativus*.
Obliquus, *Genitivus*, *Dativus*, *Accusativus*, *Ablativus*.

Regulæ de Casibus.

i. Neutrorum tres similes sunt Casus in utroque Numero: *Nominativus*, *Accusativus*, *Vocativus*. plurales in *a.* desinunt.

ii. *Nominativus* & *Vocativus* similes sunt in utroque numero, præter terminationem *as* & *es*. Declinationis primæ: *us* & *eus*, secundæ.

iii. *Dativus* & *Ablativus* plurales semper convenient.

C A P V T I X.

De Declinatione Primâ.

CA SUUM Variatio *Declinatio* dicitur. Estque *Regularis*, aut *Irregularis*. Regularis species sunt quinque. Prima complebitur quatuor terminaciones

GRAMMATICÆ.

tiones, *a*, *as*, *es*, *e*, Genitivus definit in *e*, & *es*. Dativus in *e*, Accusativus in *a*, *m*, *an*, *en*.

O B S E R V A T I O.

1. Diæresin aliquando patitur Genitivus: *ut*, *Aulai*, pro *Aule*.
2. Genitivus olim in *as* desig: unde remansit, *Familias*, *paterfamilias*, *auras*.
3. Per *Aous* faciunt Dativum & Ablativum *Filia*, *nata*, *dea*, *liberta*, *equa*, *mula*, *duæ*, *ambæ*.
4. Adjectiva fœminina, *una*, *illa*, *Nulta*, *Sola*, *tota*, *alix*, *altera*, *utra*, *neutra*, *alterutra*, Genitivos per ius faciunt, & Dativum per i.

C A P V T X.

De Declinatione Secundâ.

SECUNDA Declinatio Nominativum terminat in *er*, *ir*, *ur*, *um*, *us*, *eus*. Genitivum in *i*. Dativum in *o*.

Ab *nu*s fit Accusativus *ea*, *Orpheæ*: Vocativus *eu*, Ab *us*, *e*, *Domine*.

O B S E R V A T I O.

1. Quædam in *er*, *ir*, *ur*, *eus*, se- perant Nominativum numero Syllabarum: *ut*,

I D E A

*Armiger, geri, signifer, asper, miser, tener,
vir, satur, Orpheus.*

2. Genitivus Nominum in eus sèpè contrahitur: ut *Orbeis, orphæi*. Ita *Antonius, Antoni*.

3. Adjectiva neutra, quæ Genitivum per ius formant, Dativum in t. faciunt: ut *unus, mihi, alter, alteri*.

4. Deus Vocativum facit Deus. Tria communia Vocativum in t. faciunt: *Fili, geni, mi*. Ita propria in ius. *Virgilius, Virgili, Cai, Pompei*.

C A P V T X I.

De Declinatione Tertiâ.

TERTIA Declinatio est, quæ Genitivum format in is, Dativum in t.

Nominativi terminatio varia est: secundum quam variatur Genitivus: ut ab

A, atis, *Poëma, Poëmatis*.

E, ilis, *Cubile, Cubilis*.

O { Onis, *Sermo, legio, onis*.

{ Inis, *Cardo, Margo, inis*.

Oris, & uis. *Dido, Sappho, Clio*.

Sed caro, carnis.

A.

GRAMMATICÆ.

Al. alis, *Vectigal, Annibal*.

El. elis, *Daniel, vel ellis, Mel, Feb*.

Il. ilis. *Vigil, mugil*.

Ol. olis. *Sol, Solis*.

Vl. ulis. *Consul, lis*.

An, anis. *Pean, anis*.

In, inis. *Delphin, inis*.

Yn, ynis, *Thorcyn, ynis*.

On { onis, *Demon, onis*.

{ ontis. *Acheron, onis*.

En, { inis. *Numen, inis*.

{ enis. *Splen, lien, siren*.

Sed *Hymen, enis, penult. brevi*.

Er, eris. *Carcer, puber*.

Ter, tris. *Pater tris, Mater*.

Sed *Iter itineris, Iupiter, Iovis*.

Ber, bris. *Imber, September*.

Ir, iris. *Gadir, iris*.

Yr, yris. *Martyr, yris*.

Or, oris. *Honor, Marmor*.

Vr, uris, *Vultur, Fur*.

As, atis, *civitas, atas*.

Sed *As, assis, Mar, maris, vas vasis,*

& vadis; Gigas, antis. Pallas, adis,
diversa significacione & antis.

B 4

Es,

I D E A

E s	itis. <i>Pedes</i> , <i>itis</i> . <i>Cessus</i> .
	etis. <i>Paries</i> , <i>aries</i> , <i>hebes</i> .
	edis. <i>Pes</i> , <i>cum compos.</i>
	idis. <i>Præses</i> .
	is. <i>Nubes</i> , <i>vates</i> .
I s	eris. <i>Ceres</i> , <i>as</i> , <i>aris</i> .
	is. <i>panis</i> , <i>avis</i> , <i>crinis</i> , <i>funis</i> , <i>Cassis</i> .
	dis. <i>Cuppis</i> , <i>cassis</i> , <i>lapis</i> .
	itis. <i>Lis</i> , <i>dis</i> , <i>Quiris</i> .
	eris. <i>Cinis</i> , <i>pulvis</i> , <i>vomis</i> .
O s	Sanguis, <i>inis</i> , <i>glis</i> , <i>gliris</i> , <i>Simoënis</i> , <i>opus opuntis</i> .
	oris, <i>Mos</i> , <i>ros</i> , <i>flos</i> .
	otis, <i>dos</i> , <i>cos</i> , <i>Nepos</i> .
	<i>Custos</i> , <i>Custodis</i> , <i>Bos</i> , <i>bovis</i> .
	oris. <i>Corpus</i> , <i>pecus</i> , <i>Tempus</i> , <i>Majus</i> .
V s	utis, <i>Virtus</i> , <i>Juventus</i> .
	Eris, <i>Latus</i> , <i>minus</i> , <i>olus</i> .
	udis. <i>palus</i> , <i>incus</i> , <i>pecus</i> .
	uris. <i>muis</i> , <i>plus</i> , <i>tellus</i> .
	Aus, dis, <i>Lans</i> , <i>Frons</i> , <i>frandis</i> .
B s	Bs, bis. <i>Trabs</i> , <i>Arabs</i> , <i>chalybs</i> .
	Ps, pis. <i>Princeps</i> , <i>principis</i> . <i>Auceps</i> , <i>upis</i> .
	Sed <i>Anceps</i> . <i>Ancipitis</i> .
	M s. mis. <i>Hyemis</i> , <i>hyemis</i> .
	L s. N s. R s. tis. <i>puls</i> , <i>frons</i> , <i>sors</i> .
T. tis.	dis. <i>Frons</i> , <i>glans</i> , <i>concors</i> .
	<i>Caput</i> , <i>Capitis</i> .

X. Cis.

GRAMMATICÆ.

X.	Cis. vox, fex, nex, necis.
	Gis. Gres, Rex, strix, strigis.
	Sed nix nivis, nox, nollis.
Ax,	acis, Fornax, audax, Syphax.
Ex	icis. Iudex judicis. Ecis, Vervex.
	Igis. Remex. Remigis.
	Egis. Lalex, aquilex, exlex.
	Sed Senex, senis. Supellex supellestilis.
Ix.	icis. Calix. Cornix, cervix, Felix.
O x.	ocis. velox, praecox, Cappadox.
Vx.	ucis. Tradux, pollux. Sed conjug, jugis.
Y x.	igis. Phryx, styx, Iappyx.
A u x.	cis. Faux, fauces.
L x. N x. R x.	cis. Calx, Lax, Merx.
gis.	Phalanx. Syrinx.

Observatio de Casibus Tertiæ Declinationis.

- I. Quædam in is, Accusativum finiunt per IM: Ablativum per I. *Amusis*, *aqualis*, *buris*, &c.
- II. Quædam finiunt Accusativum per e m & IM: Ablativum per e. & I. *Febris*, *puppis*, *restis*.
- III. Ablativos per i. tantum faciunt neutra in e, AL, A.R. *Mare*, *vettigal*, *calcar*, *Præter sal*, *nectar*, *epar*.
- IV. Et Adjectiva in is & ER *Fortis*, *acer*, *saluber*.
- V. Et Substantiva Masculina ex adjectivis facta. *Annalis*, *natalis*, *equalis*.

B 5

v. I. Et

I D E A

vi. Et Mensum nomina in *s*, & *r*, *Aprilis*, *December*.

vii. Ablativos per *t*, & *e*, faciunt Adjectiva unius finis. *par*, *memor*, *vetus*, *felix*.

viii. Et Comparativi in *o r*, & *u s*. *De-*
cior, *doctius*: Sed *soffes*, *bosches*, *pubes*, *pau-*
per tantum per *e*.

ix. Et verbalia in *TRIX*, Adjectivè sumptù.
Vidrix, *altrix*.

x. Et Substantiva quædam in *s*, *Vestis*,
amnis, *ignis*, *unguis*, *civis*.

x i. Neutrorum nominativi plurales in *A* de-
finunt, quorum Ablativi in *t*, vel *r*, & *e*. defi-
nunt, *Mollia*, *audacia*, *vestigalia*, *vidricia*.

Sed *vetus* vetera. Sic & Comparativi, ut *Do-*
biora, *Meliora*.

At *plus* habet *plura* & *pluria*.

xii. Genitivum in *i u m* faciunt, quorum
Ablativus definit in *t*, vel *e*, & *i s*, & quorum
Nominativus duabus consonantibus finitur. *I-*
gnium, *amnium*, *utilium*, *felicium*, *artium*, *co-*
hortium. Sed præter comparativos. *Majorum*,
Ita *inopum*, *memorum*, *supplicum*, *veterum*,
artificum, *plus*, habet *plurimum*.

xiii. Et Monosyllaba, præter *legum*, *regum*,
ducum, *frugum*, *voem*, *boum*.

xiv. Et ubi pares Syllabe in Nominativo &
Genitivo sunt: *Collis*, *mensis*, *auris*, *Apis*
apium & *apum*, sic *sedes sedium* & *sedum*.

Præter

GRAMMATICÆ.

Præter *panum*, *juvenum*, &c.

xv. Et quæ in *s* longom desinunt. *Quiris*,
Samnis.

xvi. Et pluralia tantum. *Vires*, *Manes*, *Sales*,
Præter *opum*, *procerum*, *lemurum*.

xvii. Nomina participia similisque forme
Genitivos faciunt in *i u m*, & contrahitè *u m*.
Amantium, *tum*.

xviii. Festorum nomina antiqua duplices
faciunt Genitivos. *Saturnalia*, *lūm*, & *liorum*.
Vinalia, *parentalia*.

xix. Græca in *m a*, Geminos Ablativos fa-
ciunt. *Epigrammatis*, *tibus*, *Poëma*, *tis* & *tibus*.

CAPT XI.

De Declinatione Quartâ.

QUARTA Declinatio est, quæ format
Genitivum in *u s*, Dativum in *u r*.
Nominativus terminatur in *u s* & *u*.

OBSERVATIO.

i. Veteres per *u i s* divisas Syllabas Geniti-
vos fecerunt. *Fluctuis*, *Senatuis*, *nuruis*.

ii. Apud Comicos leguntur Genitivi, *Frudi*,
ornati, *tumulti*, *senati*, *questi*.

iii. Veteres

I D E A

III. Veteres Dativum terminabant per u,
Metu, *victu*, *visu*.

IV. Dativum & Ablativum, in usus faciunt.
Arcus, *acus*, *portus*, *quercus*, *ficus*, *lacus*,
Artus, *tribus*, *veru*, *Specus*, *partus* & *questus*
pro querela.

C A P V T X I I I.

De Declinatione Quintà.

QVINTA Declinatio est, cuius Nomina-
tivus singularis desinit in *e s*, Genitivus
& Dativus in *e i*.

O B S E R V A T I O.

I. Genitivus singularis aliquando contrahitur.
Diā, *fidā*.

II. Dativum antiqui similem ablativo efferebant.
Ætati facieque tuae Lucil.

III. Pluralis numerus rarus hic est.

C A P V T X I V.

De Declinatione Irregulari.

HACTENUS Declinatio fuit Regularis.
Sequitur Irregularis, quæ ab usitatæ De-
clina-

G R A M M A T I C Æ.

clinationis formâ & Regulis discedit.

Irregularitas est aut *defectionis*, aut *variationis*.

Defectio est *Numeri*, aut *Casuum*.

Numero singulari deficiunt Nomina Metallorum;
Seminum, Mineralium, Virtutum & vitorum,
Ætatis, Liquidorum, Mensuræ. Ita Masculi-
na quædam singularia: ut *Aer*, *Sol*, *Mundus*,
&c. Fœminina singularia: ut, *Culpa*, *contagio*,
bilis, &c. Neutra singularia tantum: ut, *ver*,
pelagus, *senium*, &c.

Plurali deficiunt Nomina, 1. Numeralia;
2. Cardinalia. 3. Distributiva. 4. Ludorum &
Festorum: urbium. Ita Masculina quædam pluralia
tantum: ut, *Liberi* & *Annales*. Fœminina
pluralia: ut, *Antie* & *ambages*. Neutra plu-
ralia: ut *Ilia cum rostris*.

- Casuum defectio est vel *Omnium*, vel *Certorum*.

Omnium sunt *Indeclinabilia*: quæ unâ termi-
natione in utroque Numero usurpantur.

Suntque 1. Nomina Substantiva, *Gummi*, *Si-
napi*, *cepe*, &c. 2. Adjectiva, *Negram*, *tot*,
quot, *totidem*, *opus*. 3. Voces Technicæ, *A. B. C.*
Dillio, *Pater*, *Barbara*, *Celarent* &c. 4. Nu-
meralia à Quatuor ad centum. 5. Peregrina plæ-
raque. *Joseph*, *Judith*, *Jacob*.

Certis casibus deficiunt aut tantum Numeri sin-
gularis: ut sunt *Neutra* in u: *cornu*, *vern*. Aut
diversi Numeri:

Suntque Monoptota, *Nanti*, *impete*, *amba-
ge*:

ge: aut Diptota, *sappetie*, *sappetias*: *tabi*, *ta-*
bo: aut Tetraptota, *plus*, *dapis*, *frugis*: aut
Pentaptota, *Nemo*, *nullus*, *quidam*.

Variationis Irregularitas est aut in *Genere*, aut
Declinatione, aut utroque.

Generis Irregularitas est 1. in Masculinis plurali
neutris: *Tartarus*, a. *Avernus*, *Ismarus*, *Mas-*
sicus. 2. Fœmininis plurali Neutris, *Carbasus*,
pergamus. 3. Neutris plurali Masculinis: *Cw-*
lum, *celsi*, *Frænum*, *rastrum*.

Declinationis Irregularitas est. 1. Nominativi,
ex diversa terminatione. *Cometa*, e s. *Musicæ*,
Nequitia & c. in Casibus. 2. Primæ & Ter-
tiæ Declinationis: *Orestes* a, is. 3. Secundæ
& Tertiæ: *vas*, *vasis*, *vasa*, *sequester*, *glo-*
mus, *Oedipus*, *Tolypus*. 4. Secundæ & Quar-
tae: *Laurus*, *ficus*, *domus*. 5. Tertiæ & Quar-
tae: *penus*, *specus*. 6. Tertiæ & Quintæ: *requies*.

Quædam utroque, Genere nempe ac Declina-
tione variant: ut *Epulum*, *delicium*, *exuvium*;
Epula &c. *Balneum*, *balnea*, & a.

Irregulari Declinationi affinis est Composito-
rum Declinatio, quæ cum ex duobus rectis con-
stant, utrinque declinantur. Si ex recto & ob-
liquo, alterâ tantum parte: ut *Respublica*, *rei-
publicæ*: *pater-familias*, *patris-familias*.

CAPIT. XV.

De Pronomine.

Sequitur Pronomen: quod est dictio
variabilis, quâ utimur in demonstranda,
aut repetendâ re, ubi nominis repetitio in-
grata erat futura.

Accidunt Pronomini Species, Significatio, Ge-
nus, Numerus, Figura, Persona, Causa.

Ex specie Pronomen est Primitivum, vel De-
rivativum.

Primitiva sunt, *Ego*, *Tu*, *Sui*, *Ille*, *Ipse*,
Iste, *Hic*, *Is*, *Quis*, *Qui*.

Derivativa sunt, *Meus*, *Tuus*, *Suis*, *No-*
ster, *Vester*, *Nostras*, *Vestræ*, *Cuius* & *cujas*.

Significationes sunt Demonstrativa, Relativa,
Reciproca, Interrogativa, Possessiva, Gentilia.

Ille, *ipse*, *Iste*, *hic*, *is*, *idem*, interdum
sunt Demonstrativa, interdum Relativa.

Generis Pronomina, ut Adiectiva, sunt Om-
nis: idque sub una Terminatione: ut, *Ego*, *tu*,
sui: aut Tribus: ut, *Ille*, *illa*, *illud*. *Ipse*,
ipsa, *ipsum*. *Hic*, *hec*, *hoc*.

Numerum & Figuram habent, ut cætera nomina.

Componuntur autem varijs modis. 1. Inter-
sc: *Egoipse*, *is sic*: 2. Cum Nomine; *Cuius-*
modi.

I D E A

modi. 3. Cum Verbo; *Quilibet.* 4. Cum Adverbis; *Eccum.* 5. Cum Præpositione; *mecum.* 6. Cum Syllabicis adjectionibus; *Egomet.*

Personæ primæ sunt *Ego & Nos.* Secundæ *Tu & Vos.* Tertiæ *Ille.*

Sed *Is, ipse, ille, meus, tuus, hic, qui,* & Derivativa reliqua omnibus personis conveniunt: ut, *Ille ego, Tu ipse, &c.*

Casus cum Nominis conveniunt: nisi quod Vocativo careant, præter *Tu, meus, noster, vestras.*

Declinatio est aut *Simplicium*, aut *Compositum.*

Simplicium est vel *Irregularis*, vel *Regularis.*

Irregulariter declinantur *Ego, Tu, Shi.*

Regulariter secundum Declinationem primam in *a. desinentia*: ut, *mea, tua.* Secundam, in *u s, & u i* desinentia: ut, *meus, tuus, meum, tuum.* Tertiam, ut *nostras, tis, vestras, cujas.*

Composita suo more declinantur, aut ab altera parte: ut, *idem, ejusdem: aut utrinque: ut, quisquis, quemquem, quoquo, quiique, quibusquibus.*

C A P U T X V I.

De Verbi Tempore.

SUCCEDEIT *Verbum*, quod est Dectio per tempora & Personas variabilis, significans agere aliquid, aut pati.

Verbo

G R A M M A T I C A.

Verbo accidunt octo: *Genus, Numerus, Persona, Tempus, Modus, Species, Figura, Conjugatio.* Ex quibus *Species, Figura, Numerus* communia sunt cum aliis dictionibus Accidentia.

Ex proprijs Accidentibus est *Genus* sive *Forma;* quæ ex terminatione cognoscitur: qua aliud in o. definit, aliud in o. r.

In o. definit est *Activum*, aut *Neutrum.*

Activum in o. definit, & flecti potest in o. r., actionem significans. *Amo, verbero.*

Neutrum in o. definit; neque flecti potest in o. r., actionem absolutam, aut passionem significans. *Sto, venio, curro, calesco, frigo.*

O B S E R V A T I O.

Huc pertinent. 1. Neutralia passiva, quæ in o. desinentia significationem & casum passivorum habent. *Fio, vено, vapulo.*

2. Neutro passiva: quæ præterita passivorum more faciunt. *Andeo ausus sum, Gaudeo gavisus sum. Iuro, juravi & juratus sum. Prandeo, ceno.*

3. Substantiva: quæ rei Substantiam significant, sine expressâ actionis & passionis notatione. *Sum, forem, existo.*

In o. r. definit est, *Passivum, Commune, Deponens,*

Passivum est, quod in o. r. definit, & flecti potest in o. r. passionem significans. *Amor, verberor.*

C

Com-

2. Commune in or definit, & promiscuè alijs activè, alijs passivè significat. *Crimino*, or.

Deponens est, quod cum in or tantum definit, alteram tamen significationem deponit, & aut Activè significat, aut Neutraliter. *Precor Deum*. *Vaticinor, labor.*

Personæ sunt tres, *Lego, legis, legit.*

Hinc Verbum est Personale, aut Impersonale.

Personale cui Nominativus certæ personæ vel rei præponi potest. *Ego scribo. Tu legis. Ille dormit.*

Impersonale, quod certam personam remve Nominativo casu non recipit, & tantum per tertiam personam singularem flecitur. *Decet, legitur.*

Tempora verborum tria sunt, *Præsens, Præteritum, Futurum.*

Præteritum est *Imperfectum, Perfectum, Plusquamperfectum.*

Temporum differentia Modis distinguitur: qui variam in Actione & Passione voluntatem significant.

Modi sunt quinque: *Indicativus, Imperativus, Optativus, Subjunctivus, Infinitivus.*

Ex his Infinitivus aut Simpliciter formatur, aut per Circuitonem.

Simpliciter, ut in præsenti *Amare, ri: In præterito, amavisse.*

Per circuitonem formatur Futurum, & Præteritum.

Futurum

G R A M M A T I C A.

Futurum activum circumloquimur per Particulum in R u s, & verbum *Esse*, aut *Fore*: ut, *Dixit, se fore, aut esse venientium.* Passivum per *Supinum & iri. Amatum iri.*

Præteriti periphrasis fit per participium præteriti, & verbum *esse vel fuisse. Amarum esse vel fuisse.* Quæ periphrasis etiam usitata est in Præterito Indicativi.

Infinitivis subjiciuntur *Gerundia & Supina.*

Gerundium præsentis in d i & d o definit. *Amandi, do, Futuri in d u m, Amandum.*

Supinum præsentis & præteriti in u definit. *Amatu: Futuri in u m. Amatum.*

C A P U T X V I I.

De Conjugatione Primâ

TEMPORUM & Personarum variatio Conjugatio dicitur.

Eaque est Regularis, aut Irregularis.

Regularis species sunt *Quatuor.*

Prima quæ habet in Infinitivo a longum ante r e, vel r i, in infinitivo. Præteritum definit in *Avi*, Supinum in *Atum.*

E X C E P T I O.

1. Do facit *dedi*, cum quatuor Compositis. Etiam *Sto Steti*, cum compositis.

C 2 z 2. Quæ-

I. D. E M A

2. Quædam in uī desinunt, ut *Creso*, *Crepui*, &c.
3. Dō cum compositis &c. breve habet in Infinitivo.

O B S E R V A T I O.

In secundâ singulare, ac secundâ & tertîâ Plurâli Præteriti, frequens est Syncope. *Amasti*, *Amarunt*, *Amarim*, *Amissim*, *Amasse*.

D E P O N E N T I A sunt.

Adulor, *auctiōnor*, *concionor*, *argutor*, *miseror*, *interminor*, *pravaricor*, *castrametor*, *prestolor*, *ostitor*, *pandiculor*.

C A P U T X V I I I .

De Conjugatione Secundâ.

SECUNDA Conjugatio est, quæ habet in Infinitivo e longum ante R E, vel R I. *Docere*, *Doceri*.

Præteritum in uī desinit, Supinum in itum. *Habeo*, *Habui*, *Habuum*. *Debo*, *Placeo*, *Noceo*.

E X C E P T I O.

1. Quædam in Supinis tantum variant. *Dolium*, *Mixtum* & *Missum*, *Caſum* & *Caritum*.
2. Quædam

G R A M M A T I C A.

2. Quædam in Præteritis & Supinis variant: ut sunt.
 - à B E O. *Jubeo*, *Jussi*, *Jussum*. *Sorbeo* *Sorbui* & *Sorpsi* *Sorbiūm* vel *Sorptum*.
 - à C E O. *Luceo* *Luxi*, *Mulceo*, *Mulsi* *Mulsum*, & *Etum*. *Placeo* *ui*, *itum*.
 - à D E O. *Suedeo* *Suasi* *Suasum*. *Strideo*, *Stridi*. *Mordeo*, *Momordi*, *Morsum*. *Spondeo*, *Spondi*, *Despondeo*, *Despondi*, *Sponsum*.
 - à G R O. *Fulgeo*, *Fulsi*, *Fulsura*. *Urgeo*, *Ursi*. *Tergeo*, *Tersi*, *Augeo*, *Auxi*, *Aulum*.
 - à L E O. *Fleo*, *Flevi*, *Fletum*. *Oleo*, *Oliu*, *Olitum*, & *Olevi*, *Oleum*.
 - à N E O. *Neo*, *nevi*, *netum*. *Maneo*, *Manfi*, *Mansum*. *Emineo*, *Eminni*.
 - à Q U E O, R E O, S E O, *Torqueo*, *Torsi*, *Tortum*, & *Torsum*. *Hareo*, *Hesi*, *Hesum*. *Torreo*, *Torrui*, *Tostum*. *Censeo* *sui*, *sum*.
 - à T E O, V E O, E O, *Purum*. *Pateo*, *Patni*, *Passum*. *Moveo*, *Movi*, *Motum*. *Vico*, *Vievi*, *Vietum*. *Audeo*, *Ausus sum*. *Mero*, *Merni* & *Meritus sum*. Ita prandeo.

D E P O N E N T I A sunt.

Medeor sine præterito. *Liceor*, *Licitus*, *C 3* *Vercor*,

I D E A

Vereor, Veritus, Misereor, Misertus, &
Miseritus, Fateor, Fassus, Reor, Ratus sum.

C A P U T X I X.

De Conjugatione Tertiâ.

TE R T I A Conjugatio est, quæ habet
e. breve ante r e, in Infinitivo, *Legere*.
Præterita & Supina variant pro termina-
natione præsentis.

B o. Scribo, scripsi, scriptum. Bibo, bibi,
bibitum. Incumbo, incubui, incubitum.

C o. Duco, duxi, ductum. Ico, ici, istum.
Parco, pepercit & parsi, parsum. Cresco
crevi, cretum. Cognosco, cognovi, co-
gnitum. Scisco, scivi, scitum.

D o. Ledo, lessi, lessum. Vado, di sum.
Cedo, cessi, cessum. Cado, cecidi, casum.
Cedo, cecidi, cæsum. Pendo, pependi,
pensum.

G o. Mergo, Mersi, Mersum. Sugo,
suxi, suatum. Pingo, pinxi, pittum, Ago,
agi, actum. Diligo, lexi, lectum, pun-
go, pupugi & punxi, punctum.

H o. Ueho, vexi, vectum. traho, traxi,
tractum.

L o. Colo, cohui, cultum. Fallo, fefelli,
falsum,

G R A M M A T I C A.

falsum. Vello, velli & vulsi, vulsum.
Excello Excelli, Excelsum.

M o. Demo, demsi, demtum. Fremo,
fremui, fremitum. Emo, emi, emtum.
Premo, pressi, presum.

N o. Sperno, sprevi, spretum. Sterno,
stravi, stratum. Sino, sivi, situm. Li-
no, lini, livi vel levii, litum. Temno,
temsi, temtum. Cano, cecini, cantum.

P o. Carpo, carpsi, carpeum. Rumpo, ru-
pi, rupitum. Strepo, strepu, strepitum.

Qu o. Coquo, coxi, coctum. Linquo, li-
qui, lictum.

R o. Tero, trivi, tritum. Quero, que-
sivi, quasitum. Sero, sevi, satum. Dis-
sero, disserui, disseratum. Curro, cœcurri,
cursum. Gero, gessi, gestum.

S o. Accerso, sivi, situm. Viso, visi, vi-
sum. Pinso, pinsi, pistum.

T o. Flecto xi. xum. Nellonexi & nexui,
nexum, Meto, messui, messum. Mitto
missi, missum. Verto, verti, versum. Ster-
to, sterui & sterti. Sisto, siti.

V o. Solvo solvi solvatum. Vivo vixi vixum.
X o. Texo, texui textum.

O Purum. Facio, feci, factum. Appicio,
exi, etum. Fugio, fugi, fugitum. Rapio
rapui, raptum. Pario, peperi, partum.
Quatio, quassi, quassum. Indeo, indui,
indu-

I D E A

*indutum. Fluo, fluxi, fluxum & fluitum,
pluo, plui & pluvi plutum. Meruo, Merui.*

DEPONENTIA sunt.

*Nascor natus sum. paciscor pacies, nanciscor
natis, irascor, iratus, labor lapsus, adipiscor
adeptus, queror questus, nitor nisus & nixus,
fruor fructus, &c.*

OBSERVATIO.

i. Frequens est Syncope in Præteritis per i vi
desinentibus. *Cupivi, cupii. Peri, perieram,*
perisem.

ii. Et Crasis. *Cupisti, peristi.*

CAPUT XX.

De Conjugatione Quartâ.

QUARTA Conjugatio est, quæ habet i
longum ante e in Infinitivo.

Præteritum in I vi, supinum in I rum
desinit. Variant tamen quædam: ut.

*Vincio vinxii vinclum. Sancio sancivi sanctum,
& sanxi sanctum, Amicio amicivi,
& amixi apud Vartonem, amicum. Salio salivi
vel salii & salui saltum. Aperio aperui aper-
tum. Comperio comperi compertum: sentio
sensi*

GRAMMATICÆ.

*sensi sensum. Venio veni ventum. Ferio sine
praterito & supino.*

DEPONENTIA. *Largior largitus sum.*
Comperior comperi. Experior expertus
sum. Metior mensus sum. Ordior orsus &
orditus sum. Potior potitus sum.

OBSERVATIO.

i. In perfecto præterito usita est Syncope:
Audii pro audivi.

ii. Præcipue in Verbis ab e o compositis:
Adi, abi, peri, &c. pro adivi, abivi.

iii. Et Crasis. *Analisti, pro studisti.*

iv. Veteres Imperfectum per I b a m; Futu-
rum per I n o formarunt. *Scibam, audibit, le-
nibam, venibo.*

CAPUT XXI.

De Conjugatione Irregulari.

VT Nominum Declinatio; ita Verbo-
rum Conjugatio est Irregularis & He-
reocrita: quæ à consuetâ flexionis for-
mâ recedit.

Estque aut Irregulariter Terminatorum, aut
Defectivorum, aut Abundantium.

Irregulariter terminantur, *Fero, Sum, Pos-*
C 5 sum,

I D E A

sum, Volo, Nolo, Malo, Fio, Eo, Queo, Nequeo, Veno, Edo, quæ in omnibus penè temporibus aliter desinunt, quam sert usitata ratio conjugandi.

Defectiva carent aut *Temporibus*, aut *Personis*, aut *utrisque*.

Præsentibus carent *Odi, memini, cepi*.

Præteritis *Nexo, labo, sido, ferio, &c.*

Supinis *Luceo, compesco, sapio, conniveo, disco*.

Passiva quoque omnia præteritis carent, quorum *Activa Supinis* destituuntur.

Personis carent Defectiva aut Aliquā, aut Omnibus.

Aliqua: ut non dicitur, *Dor, for, furo, Der, Fer, Scissim Imp.* pro quo *Scias*, vel scito in usu.

Omnibus carent personis, præter tertiam, *Impersonalia*: quæ aut *Activa* sunt vocis, aut *Passiva*. Activæ: ut *Invat, decet, accidit, expedit*. Passivæ: ut *Statut, docetur, legitur, auditur*.

Temporibus & Personis deficient *Ajo, ausim, Insit, Salve, faxo, desit, forem, queso, apage*.

Atque hec *Terminatione* quoque variant.

Abundantia est aut *Significationis*, aut *Terminationis*, aut *Conjugationis*.

Significationis sive Generis abundantia est in illis, quæ simul activè ac neutraliter usurpantur: ut, *Ruo, vario, offendō, cōcō, propinquō, moror, differo, duro &c.* Ruit *Roma*, & rueret *Romans*.

GRAMMATICA.

Romans. Variat *vestem*, & variat *veste*. Offendere principem, & offendere in tenebris. Hæc vulgo vocantur *Neutralia*.

Terminationis abundantia est in illis, quæ præsens in r. & r. o. definit: vulgo *Neutralia*: ut, *Affentio or. Comperio or. Fabrico or, jurgo or. &c.*

Conjugationis abundantia est in illis, quæ diversa conjugatione simul variantur: ut, *Lavare, are, & is, ere, &c.*

CAPUT XXXI.

De Verborum Specie ac Figurâ.

EX Specie Verbum est *Primitivum*, vel *Derivativum*: ut *Lego, lectito. Dico, dictito*.

Derivative species sunt vulgò *Imitative, Denominativa, Inchoativa, Frequentativa, Desiderativa, Diminutiva*: quorum alia à Nominibus, alia à Verbis derivantur.

Sed in his aliisque magis respiciendum est ad benè loquentium consuetudinem; quam ad regulas & placita Grammaticorum.

Ex Figura Verbum est vel *Simplex*: ut *Lego*, vel *compositum*, ut *perlego*.

Com-

Componitur Verbum vel cum Nominis, ut, *Magnifico*. Vel cum Verbo: ut, *Calefacio*. Vel cum Adverbio: ut, *benefacio*. Vel cum Prepositione: ut, *perficio*. Vel cum simplicibus inusitatibus: ut, *offendo*, *respicio*, *deleo*.

C A P U T X X I I .

De Participio.

PARTICIPUM est Nomen Verbale, significans tempus.

Illi accidunt *Genus*, *Numerus*, *Casus*, *Declinatio*, *Figura*, *Tempus*, *Significatio*. Ex quibus priora quinque prorsus cum Nominis convenient: quod merito referri possunt.

Generis Participia sunt Omnis: idque sub una Terminatione: *bis*, *bac*, *boc*, *amans*, *legens*: aut tribus: *leitus*, *leita*, *leitum*.

Tempora Participiorum tria sunt, *Præsens*, *Præteritum*, & *Futurum*.

Præsentis temporis participia sunt, quæ in *s* terminantur: formanturque aut ab Activis: *amans*, *legens*, aut à Deponentibus: *loquens*.

Futuri temporis in *us* & *dus* terminantur: *us* formatur à Supino activo; *amaturus*: aut à Neutro; *staturus*: aut à deponente; *loquiturus*. *Dus* ut *legendus*, *precandus*, formaturq; à præsente Participij,

Participij, S. in *dus* mutato: aut potius à Gerundio in *dum*.

Præteriti *tus*, *sus*, *xus* desinunt: & formantur à Supino in *u*, addito *s*, *loquutus*, *gavissus*, *flexus*.

Significatio ex Genere nascitur: cuius ratione Participia sunt *Activa*, *Passiva*, *Neutralia*, *Deponentia*.

O B S E R V A T I O.

i. Quedam passivæ terminatione significant actionem. *Tacitus*, qui tacet. *Cauius*, qui caver. *Argutus*, circumspeditus, falsus, juratius, canatus.

ii. Personalia verba ferè omnia pariunt ex se Participia; non item Impersonalia: præter pudens, pudendus, panitens, dñs, pertusus, licitus, libens.

iii. Participia quandoq; in Nomina degenerant. 1. Compositione; *Inductus*. 2. Constructione; *amans pecunie*. 3. Ammissione temporis; *amandus*, hoc est, *dignus*, qui ametur. 4. Comparatione; *amantior nemo præceptoris*.

iv. Similia participiis sunt *tunicatus*, *galeatus*, *barbarus*: quæ habitum significant, aut possessionem, non descendentia à Verbis.

CAPUT XXXIV.

De Adverbio.

HA CTE NUS Dictiones fuerunt Variabiles, per Casus & Tempora in suis Numeris flexæ : Sequuntur *Invariabiles*, quæ Numero carentia fixam terminacionem habent.

Suntque *Adverbia*, *Præpositiones*, *Conjunctiones*, *Interjectiones*.

Adverbium est dictio invariabilis, quæ aliis vocibus adjecta actionis aut passionis circumstantiam unâ voce effert.

Accidunt illi *Species*, *Figura*, *Significatio*, *Comparatio*.

Species est *Primitiva* & *Derivativa*.

Primitiva : ut, *mox*, *beri*, *cras*, *ita*, *nun*, *jam*.

Derivativa descendunt alia à Nominibus Substantivis, ut, *summatum*, *tributum*, *cælitum*, *stirpium*, alia ab Adjacentivis, ut, *doctè*, *dolitius*, *dolissimè*, *acriter*, *fortiter*: alia à Verbis, *striuimus*, *furtim*, *casim*: alia à Pronominibus; *hic*, *illuc*, *eo*; alia à se ipsis; *sepius*, *scale*, *rarius*, *serius*.

Figuræ Adverbiorum sunt *Simplex*; *prudenter*, *din*: *Composita*; *imprudenter*, *interdù*.

Signi-

GRAMMATICA.

Significatio Adverbiorum est varia: ut, *Loci*, *Temporis*, *Numeri*, *Comparationis*, *Modi*, *Qualitatis*, &c.

Comparatio vulgo tribuitur Adverbij: ut, *benè*, *melius*, *optime*. Sed nihil illa aliud sunt, quam Adverbia derivata à nominibus adjективis. Cum enim Adverbium vox sit invariabilis, non sustinet comparationem.

CAPUT XXXV.

De Præpositione.

PRÆPOSITIONE est dictio invariabilis; Verbo Nomen adjungens, quod aliquam facti circumstantiam significat.

Estque *Separabilis*, aut *Inseparabilis*.

Separabiles, quæ extra compositionem quoque usurpantur: ut, *ad*, *apud*, *adversus* &c., quarum est natura, ut cum casibus construantur: *id quod suo loco in Syntaxi dicemus*.

Inseparabiles, quæ extra compositionem nullum usum habent: ut, *Dis*, *re*, *se*, *am*, *Di*, idem quod *Dis*; *Con quod Cum*.

CAPUT

C A P U T X X V I.

De Conjunctione.

CONJUNCTIO est dictio invariabilis, quæ superioribus sententiis, aut partibus, alias subinde annexit.

Ejus est *Figura*, *Significatio*, *Ordo*.

Figura est simplex : ut, *Nam*, *Composita*, *Namque*.

Significatio est *Copulativa*, *Dissimilitiva*, *Adversativa*, *Causalisa*, *Ratiocinativa*; *Ordinativa*, *Completiva*.

Ex Ordine Conjunctione est, aut *Propositiva*; aut *Postpositiva*, aut *Communis & indifferens*.

C A P U T X X V I I.

De Interjectione.

INTERJECTIO est dictio invariabilis, quæ animi significat affectum, nullius indigens adjumento.

Significat igitur alia Admirationem; *Pax!* alia Comminationem; *Vix!* alia Dolorem; *Hei*, *beu*, *ah*, *e*. Ita Metum, Indignationem, gaudium, irrisiōnem, risum, planctum, silentium, fastidium.

G R A M

Grammaticæ

LIBER SECUNDUS;

D E S Y N T A X I.

C A P U T I.

De ratione Syntaxeos
compendiariâ.

SYNTAXIS est secunda pars GRAMMATICÆ, rationem docens contextende orationis, & coniungendarum vocum, ita ut certam sententiam dilucide repræsentent.

Ejus hec est ratio Compendiaria.

1. Nomina cum Nominibus convenienti in eodem Genere, Numero, Casu. *Amicus certius. Homo gladiator.*

2. Sed Substantivorum alterum diversæ rei Genitivum admittit. *Mors ultima linea rerum.*

3. Et Relativi casus non ab antecedente Substantivo; sed Verbo sequente pendet. *Dies, quem extremum formidas; aeterni est natalis.*

D

4. Agens;

I D E A

4. Agens , sive Causa , & Res , quæ Verbis Substantivis & Vocativis describitur , est Nominativus , cum suo Verbo conveniens . *D e u s o m n i a v i d e t & a u d i t . I r a e s t f u r o r .*
5. Effectum , quod fit , vi Verbi Activi , in Accusativo ponitur . *S t u d i a a l u n t a d o l e s c e n t i a m .*

6. Cui aliquid fit , acquiritur , datur , injungitur , est Dativus . *T i b i a r a s , t i b i s e r i s .*

7. Instrumentum & Modus , quo aliquid fit , est Ablativus . *C o n c o r d i a r e s p a r v a c r e s c e i t .*

8. Voces Affectuum , Indicandi , Memoriarum , Copiarum , Studii , Partitionis , Similitudinis , Officij , & Qualitatis , Genitivum regunt . Sed Copiarum quoque Ablativum : Similitudinis & Commodi Dativum : Memoriae Accusativum . *D i s c r u c i o r a n i m i & a n i m o . C a s t i g a t s e d e m e n - t i e . O h l i v i s c i t u r n o m i n i s & n o m e n . E g e t a r i s & a r e . A v i d u s n o v i t a t i s . N e m o m o r - t a l i u m . S i m i l i s D o m i n i & D o m i n o . E s t I m p e r a t o r i s . C o m m o d u s o m n i b u m .*

9. Comparativus regit Ablativum : Superlativus Genitivum . *V i r t u s a u r o m e l i o r . O p t i m u s o m n i u m .*

10. Infinitivi junguntur cum Verbis Voluntatis & Facultatis : aut cum Accusativo antecedente . *C u p i o m o r i . P u t o i l l u m p e r i s s e .*

11. Supimum in unum regitur à Verbo Motus ad Locum . *I t s e p e r d i t u m . I n u Adjectivis certarum*

G R A M M A T I C A

certarum qualitatum jungitur . *T u r p e d i c t u s , F a c i l e f a l l u .*

12. Impersonalia pathetica quinque regunt Accusativum personæ ; cum Genitivo Rei , Officij & Commoditatis , ut *R e f e r e , I n t e r e s t , G e n i t i v u m . P r o q u o i n P r o n o m i n i b u s u s u r - p a t u r A b l a t i v u s . R e l i q u a A c c u s a t i v u m r e q u i - r u n t . M i s e r e t m e t h i . M a g n i i n t e r e s t . T h a r e f e r t . D e c e t m e . N e m i n i l i c e t .*

13. Adverbia Locis , Temporis , Quantitatis regunt Genitivum . *N u s q u a m g e n t i u m . T u m t e m p o r i s . S a t i s l o q u e n t i e . P r i d i c & p o l t r i d i e G e n i t i v u m & A c c u s a t i v u m . F r i d i c n o n a s & n o n a r u m . M u l t a a b s o l u t è p o n u n t u r .*

14. Præpositiones 30. Accusativum . 14. Ablativum . 6. Ablativum & Accusativum regunt .

15. Mensuræ Nomen frequenter in Accusativo ponitur ; aliquando in Ablativo . *L o n - g u i p e d e m & p e d e .*

16. Temporis Spatiū *Q u a n d i u* est Accusativus ; *Q u a n d o* Ablativus . *N a t u s a m o s q u i n q u a g i n t a . L u c e s a c r a r e q u i e s c a t h u m u s .*

17. Oppidorum Nomina respectu Quietis , pluralia Ablativum ; Singularia Genitivum , Dativum vel Ablativum habent , pro diversâ Declinatione . *C r a t i p p u s v i x i t A t h e n i s . R o m e e s t o t i u m . C a r t h a g i n i , v e l C a r t h a g i - n e m o r t u u m R e g u l u s . R e s p e c t u M o t u s a d*

D 2 locum

DICTIONARIA

Jocum Accusativum ex loco, & per locum;
Ablativum. Proficisci *Athenas*. Venit *Tarso*.
Quam Syntaxin sequuntur Appellativa, Do-
mi, belli, militia, humi, &c.

CAPT I I.

De Convenientia Nomini- nis cum Nominis.

SYNTAXEOS partes duæ sunt, *Construc-*
tio vocum, & earundem *Distinctio*.
Constructionis est *Convenientia*, aut
Redilio.

Convenientia est, qua voces certis Etymologicis
proprietatibus inter se consentiunt.

Estq; Vocum *Variabilem*, aut *Invariabilem*.

Variabilem est *Nominum cum Nominibus*, aut
Verborum cum Nominibus.

Nomen Substantivum convenit cum Substan-
tivo; & Adjectivum cum Substantivo, in eodem
Genere, Numero, Casu.

Huc Referuntur.

1. Participia Substantivis connexa. *For-*
ma neglecta.
2. Pronomina. *Res tua*.

3. Ad-

GRAMMATICÆ.

3. Adjectiva Substantivi naturâ. *Senex*
fortunate.

4. Substantiva Adjectivè posita. *Popu-*
lum Regem.

5. Numeralia & Adjectiva, quæ conve-
niunt Substantivis Singulari carentibus. *Binas*
literas, ludos.

6. Adjectivum *Quisque* gradibus Compa-
rationis, & Adjectivis Distributivis convenit.
Altissima queque flumina. Quo quisque est
major. Strenuus quisque.

7. Interrogativum & Redditivum casu
conveniunt.

ANOMALIA hic est frequens.

1. ELLIPSIS alias Substantivi, alias
Adjectivi.

2. PLEONASMI. *Tuo ipsius gladio*.

3. NUMERI.

1. In *Synthesi*, cum collectivo aut distri-
butivo Nominis additur plurale Adjectivum.

2. *Zeugmate*: cum Adjectivum Substan-
tivo propiori consentit. *Caper tibi salvus*
& bædi.

3. Cum plura Singularia sunt loco unius
pluralis: *Romulus & Remus fratres*.

4. Genitivis pluralibus additum aliquando
Gerundium Singulare, tanquam Adjectivum
numero & genere infinitum. *Date crescendi co-*

D 3

pium

I D E A

piam, novarum qui spectandi faciunt copiam.
pro spectandarum.

5. Ita antiquitus usurpatum fuit Partici-
pium in R. u. *Pollisci se facturum omnia.*

IV. GENERIS.

1. Est & illa *Syntesis*, cum Substantivo
Adjectivum diversi generis subjicitur. *Cen-
tauro iuuebitur magna.*

2. Syllepsis cum digniori jungitur; etiam
in numero diverso. *Pater mihi & mater
mortui.*

3. Appositio illa, cum duo Substantiva
eodem casu genere dissentiant. *Scipio coruuum.*

4. Participium positum inter duo substan-
tiva tam antecedenti, quam consequenti re-
spondet. *Non omnis error stultitia dicenda;
vel dicendus.*

V. NUMERI Generisque simul.

1. Altera Syllepsis, cum Substantivis re-
rum inanimatarum Adjectivum plurale neutrum
subjicitur. *Divitiae, gloria, decus in oca-
lis sita.*

2. Cum Substantiva per Appositionem
Genere & Numero dissentiant. *Passer deli-
cie meæ puella.*

3. Cum multitudinis fœminino singulare
additur plurale masculinum. *Pars vulnerati.*

VI. CASES.

1. Genitivus aliquando ponitur pro Nomi-
nativo,

GRAMMATICÆ.

nativo. *Urbs Butbroti.*

2. Vocativus pro alio casu. *Malle vir-
tute esto: pro Maltus.*

3. Nominativus pro Vocativo. *Vos op-
eritius sanguis.*

CAPUT III.

De Convenientia Relativi.

AD Nominis Convenientiam *Relativum*
pertinet: quod cum antecedente Sub-
stantivo necesse est genere ac numero con-
sentire. *Servat odorem testa, quo se-
mel est imbuta.*

ANOMALIA.

GENERIS.

1. Relativum *qui*, *quæ*, *quod*,
tam antecedenti, quam consequenti respondet.
*Vultus orbis quem dixerit chaos. Locus quod
Tullianum dicitur.*

2. Cum ad Verbum, vel Orationem præ-
cedentem refertur, neutro plerumque genere
ponitur. *Uxorem non habui, quod fortuna-
tum putant.*

3. Relativum convenit cum primitivo pos-
sessoris. *Nunc mea scripta legis, qui &c.*

I D E A

II. N U M E R I .

Substantivo singulari respondet aliquando Adjectivum plurale. *Si tempus est ullum studendi, quæ multa sunt.*

III. C a s u s : ut *Naufratum*, quem conuenire volui, *ut in navi erat.*

C A P V T I V .

De Convenientia Nomini- nis cum Verbo.

SVCE D I T convenientia Verborum cum Nominibus.

Nominativus præcedit Verbum personale finitum, simili numero & personâ.

Huc referuntur. 1. Verba substantiva, nuncupandi, &c.

2. Vocativi Imperativis præpositi. 3. Evocatio. 4. Nominativus Status & gestus, qui verbum omne sequitur.

A N O M A L I A .

I. ELLIPSIS.

1. *Nominativi* : ut, cum dissimulatis pronominibus primâ & secundâ personâ utimur. *Kivo equidem,*

2. Cum

G R A M M A T I C A .

2. Cum in verbis tertiae personæ absolute positis, Nominativus intelligitur. *Ajunt,* perhibent.

3. Ita usurpantur Impersonalia passiva, scribitur, legitur.

II. ELLIPSIS Verbi.

1. Cum Verbum ex aliquo præcedenti intelligitur. *Ferrum tuetur principem ; melius fides.*

2. Frequens est hoc in Verbo Substantivo. *Turpe duci.*

III. ANOMALIA Numeri.

1. *Sylyesis*, cum pluribus singularibus additur Verbum plurale. *Luxuria & avaritia nocent.* Numerus hic sæpè est diversus. *Milites & Imperator pugnant.*

2. *Synthesis*, cum nomini Multitudinis, singulari additur plurale. *Curemns equam interque operam.*

3. Verbum Substantivum & alia diversi Numeri Nominativis sæpè convenientiunt: alias priori; alias posteriori. *Omnia pontus erant. Semper bonas, nomenque tuum laudesque manebunt.* Vulgo *Zeugma*.

IV. ANOMALIA Personæ.

Sylyesis Personarum fit, cum Nominativo digniori verbum convenit. *Tu & frater bellè convenitis.*

D 5

v. ENAL-

v. ENALLAGE.

1. Cum in narrando Infinitivo utimur. *Facile omnes perferre ac pati.* Quanquam hic sit Ellipsis poterat.

2. Cum Infinitivus usurpatur pro Nominativo. *Didicisse artes emollit mores,*

3. Ita Gerundium in p u m , & Supinum in u m . *Si fuit errandum.* *Ventum est ad Ianiculum.*

C A P V T V.

De Convenientia Adverbiorum.

HA C T E N U S fuit Variabilem Dictionum Convenientia. Sequitur Invariabilem in Adverbis & Conjunctionibus. Adverbiorum Convenientia, cum est Generalis, tum Specialis.

Generalis, qua conveniunt aut cum Verbis; *Festina lente.* Aut cum Nominibus; *Male parta.* *Parum vir.* Aut cum participijs; *multum impudens.* Aut cum Adverbis; *Sat citio.*

Specialiter Adverbia quædam conveniunt cum Gradibus Comparationis, Nominibus Numeribus. Certo Verbi Modo.

Quam

GRAMMATICÆ.

Quam eleganter convenit cum gradu Comparationis. 1. Positivo; *Quam est magnum vellagal Parsimonia!* 2. Comparativo; *Petrus est dulcior quam Joannes.* *Salabrius, quam dulcissus.* 3. Superlativo; *Quam facit pessimè, tam honoratur maxime.*

Longè, multò, tanto, quanto, eò, quo Comparativo & Superlativo convenient: *Tantò pejus, quanto confectius.* *Tantò ille optimus, quanto tu pessimus.*

Cum Numeralibus convenient etiam Adverbia: ut; *Bis biva.* *Ter centena.* *Aliquoties centeni milites.*

Et cum certo Verbi modo convenient quædam Adverbia. Cum Indicativo & Subjunctivo, *Ubi, postquam, cum, simul, simulac, simulatque, antequam, priusquam.*

Ut pro postquam, Indicativo, jungitur.

Quemadmodum, ut, utcumque, sicut, Indicativo & Subjunctivo.

Quasi, ceu, tanquam, perinde, acsi, Subjunctivo.

Ne, an, num, nunquid, utrum, Interrogantis, Indicativo. Dubitantis, Subjunctivo. *Ne, prohibentis,* Imperativo. *Utinam* Optativo.

CAPUT

C A P V T V I.

De Convenientiâ Conjunctionum.

COnjunctio aut similes Casus & Tempora conjungit, aut orationem novam superiori attexit: ut; *Noxet Amor, Vinumque nihil moderabile suadent. Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.*

Vt Adverbiorum; ita Conjunctionum certium cum certis Temporum modis est convenientia.

i. Ut Causalis, & quæ similem vim habent, *Quippe quod, Quin, Ne, Uti, Ne non, Qui, Ut qui, Quippe qui, Quippe cum*, Conjunctionum adsciscunt: ut; *Oro te, ut studeas.*

ii. *Cum, Tam, & Tum, Cum, similes casus & modos postulant. Odit cum Literas, tum Virtutem.*

iii. *Quamvis, Utne, Licet, Tametsi, Et si, Subjunctivum frequentius, interdum Indicativum postulant. Sed Ut, pro Quamvis tantum Subjunctivum. Ut defint viras; tamen est laudanda voluntas.*

iv. *Cum significans Causam, Subjunctivum requirit: ut; Cum nesciu horam mortis, vive paratus.*

G R A M M A T I C A.

paratus. Sin Tempus Quando, varios modos: ut; *Cum lego, legi, legerem, legissem, legero.* v. *Ni, Nisi, Si, Siquidem, Quod, Quia, Cum, Tametsi, Etiamsi, Quippe, Ut pote &c.* Utriusque modo convenientia.

v i. *Quando, Quandoquidem, Quatenus, Quomodo, Indicativo.*

v ii. *Sin ponitur, ubi Si præcesserit.*

v iii. Conjunctiones in oratione aliae antecedunt, aliae consequuntur, aliae alternant: id quod usus docebit.

A N O M A L I A.

1. Ellipsis sive *Asyndeton*, Conjunctionum defectus. *Veni, vidi, vici.*

2. Abundantia, sive *Polyasyndeton*. *Ecce genus, & formam.*

C A P V T V I I.

De Rectione Nominis Substantivi generali.

CONVENTIAM Vocum sequitur *Rectio*, quando vox à voce recta in certos Casus & Tempora trahitur.

Estque; ut Convenientia; Vocum aut Variabilium, aut Invariabilium.

Variabi-

I D E A

Variabilium est Nominum, aut Verborum.
Nominum Substantivorum, aut Adjectivorum.
Substantivorum Generalis, aut Specialis.

De Generali Substantivorum Rectione Regulae hæ sunt.

i. Substantivum cum Substantivo rei diversè Genitivo casu jungitur: *Mors ultima linearerum. Amor nummi.*

ii. Eadem est ratio Pronominum & Adjectivorum, quando Substantivè usurpantur. *Arma illius. Voluptas malorum esca.*

iii. Pronomina possessorem significantia admittunt Genitivos. 1. Numerorum Cardinallium: ut; *noster duorum.* 2. Universalium & particularium: ut; *Voluntatis vestra omnium partii.* 2. Unius, Solius, Ipsiū: ut; *Mea unius operâ.* 4. Participiorum & Verbalium: ut; *Tuum dicentis ingenium.*

iv. Affectuum & facultatum Nomina regunt Genitivos Pronominum *Mei, Tui &c. Amore tui. Potestas presentis.*

v. Adiectiva neutro genere pro Substantivis usurpata Substantivorum more Genitivos adsciscunt: ut; *Tantum nummorum. Id temporis. Aliquid monstri.*

vi. Substantivum regit Gerundium in dictam quam Genitivum: ut; *Illecebra peccandi.*

A N O

GRAMMATICÆ.

ANOMALIA.

1. Ellipsis Substantivi Regentis: *Hectoris Andromache. Tertio Ianuarii. Ad Diānē.*

2. Verbalia in 10, veteribus Accusativum regebant. *Quid tibi nos talio est.*

3. Substantivum commodi & incommodi aliquando admittit Dativum. *Homo homini Lupus, Deus.*

4. Opus & usus, pro necesse, regunt Ablativum, & Supinum in u. *Opus factū & factū.*

CAPVT VII.

De Rectione Nomini- num Temporis.

SPESIALIS Substantivorum Rectio est Nominum Temporis, Regionum, Urbium. Nomina Temporis Ablativo efficiuntur, cum Speciem magis, quam Durationem significamus: hoc est cum queritur per Quando. *Puncto temporis hoc fallum. Die festo. Adul- tā estate.*

Huc pertinent Ablativi Absoluti, qui Consequentiam significant. *Rege Latino.*

A N O

A N O M A L I A.

1. Ellipsis. Omittitur aliquando Ablativus: ut; *Darii*, *cognito quod Atheniensis hostem juvissent*, *illis bellum indexit*.
2. Præpositio nonnunquam additur: ut; *Vigilat de nocte*.
Accusativus frequentior est iis, quæ duracionem, seu tempus continuum significant: h. c. cum per *Quandiu* queritur: ut; *Biduum abfuit*. *Quinquaginta natus annos*.

E X C E P T I O.

1. Temporis duratio etiam in Ablativo ponitur: ut; *Sub vertice Arctoo nemo sex mensibus videt solem*.
2. Additur aliquando præpositio: *Die epulari*.

C A P V T I X.

De Rectione Nominis Regionum & Vrbium.

RECTIONE Nominis Regionum Vrbium. Nominibus præpositiones sicut Appellativis adduntur. *Profectus est in Italiam*. *Vivit in Italiam*.

Excep'

G R A M M A T I C A.

1. Præpositio interdum omittitur: *Italiam fato profugus*.
2. Regionis nomen in Genitivo interdum ponitur. *Lemni habet Chremes uxorem*.
3. Vrbium propria primæ vel secundæ Declinationis, si in *Loco* significetur, in Genitivo casu singulari: Tertiæ Declinationis, & pluralia in Ablativo ponuntur.

Loco Ablativi tertię Declinationis interdum est Dativus. *Sum Carthagini*.

4. Si ad *Locum* significetur Accusativo, cuiuscunque numeri, aut Declinationis utimur: ut, *Proficiscor Romam*. *Noctuas Athenas*.

5. De *Loco* & per *locum* significantes, Ablativo utimur: *Venit Athenis*. *Redit Româ*.

Interdum additur præpositio. *Venit ad Messanam*.

6. Propria Civitatum imitantur hæc Appellativa; *Domus*, *Rus*, *Humus*, *Militia*. *Est Domi*, *ruri & rure*, *ivit domum*, *venit domo*. *Militie una fuimus*.

C A P V T X.

De Rectione Adjectivi ratione Comparationis.

ADJECTIVA Nomina certos Casus regunt aut respectu Graduum Comparationis; aut aliorum Accidentium.

E

D

De Gradibus Comparationis haec sunt Regulae.

I. Comparativi adsciscunt Ablativos. *Vilius argentum est auro.*

E x c e p t i o . 1. Pro Ablativo ponitur interdum Nominativus, cum particulis, *Quam*, *Ac*, *Atque*. *Vilius argentum, quam aurum.*

2. Ablativus interdum manet, præcedente particula *Quam*, cum præpositione. *Majore, quam pro modo corporis, ueste.*

II. Superlativi adsciscunt Genitivos plurales, vel collectivi Nominis singulares, qui exponuntur per e. ex., vel Inter. *Difertissimus Romuli neporum. Danaum fortissimum.*

C A P U T X I.

De Rectione Adjectivorum ratione Qualitatis.

ALIA Adjectivorum Accidentia sunt *Partitio*, *Copia & Inopia*, *Studium, & Desiderium*, *Commodum*, *Similitudo &c.* quæ certos regunt casus pro suâ naturâ.

De illis Regulae sunt haec.

I. Quæ partitionem significant, aut *Collectiōnem*, Genitivos plurales adsciscunt; ut: *Nem⁹ hominum. Alter horum.*

G R A M M A T I C A.

Huc referuntur.

I. Comparativi partitionem significantes; ut: *Major Juvenum.*

2. Pronomina. *Animalium hec binis &c.*
3. Numeralia. *Militum decimus quisq.*
4. Interrogativa. *Quis omnium his moribus?*
5. Alia quædam Adjectiva. *Canum degeneres.*
6. Etiam Substantiva. *Quadrupedum talpis non est visus.*

II. Adjectiva quæ *Curam, Desiderium, Notitiam, Studium*, vel *contrarium* significant, Genitivos adsciscunt; ut: *Memor letbi, Avidus novitatis. Conscius recti. Dubius animi. Particeps bonorum. Reus mortis.*

E x c e p t i o . 1. *Dignus & Indignus* sèpius Ablativum regunt. *Dignus laude.*

2. Adjectivum Studii sèpè admittit Gerundium in dī, vel Infinitivum. *Cupidus dormiendi. Nesciū modum servare.*

III. Adjectiva *Copie*, vel contra, modò Genitivum, modò Ablativum recipiunt. *Dives pecoris. Frugum fertilis. Expertus consilii. Cassus lumine. Crura thymo plena.*

IV. Dativos adsciscunt, quæ *Commodum, Facilitatem, Similitudinem, Affinitatem*, aut contra significant. *Malum malo aptissimum. Proximus ego mibi. Amicus mibi. Parilli.*

E x c i p i u n t u r . 1. Similitudinis Adjectiva interdum regunt Genitivum. *Domini similit*

*Si similis es. Par hujus. Alienus istius rei.
Pro Dativo quædam regunt Supinum in
Turpe dictu. Facilis visu.*

C A P V T X I I .

De Rectione Verbi regentis Genitivum.

NO MINUM Rectio ita fuit : Sequitur *Verborum*.

Et quidem *Finitorum ac Personalium*,
aut *Infinitorum & Impersonalium*.

Finita ac Personalia regunt *Casus certos Nomina*num.

De Verbis cum Genitivo casu Regule sunt haec.

i. Genitivum postulant, quæ *Possessionem*,
aut *Proprietatem* significant. *Hac Imago est Caesaris. Pecus Melibæi.*

Huc pertinent *Esse pro Facere*, aut *Pertinere*.

Est hoc dissolvendæ discipline. Est tui. Pro quo ponitur sive Nominativus neuter : Estrum.

ii. Verba *Memorie & Oblivionis* Genitivum adsciscunt, vel Accusativum. *Meminit hujus rei, & hanc rem. Oblitus nominis & nomen.*

iii. Accusandi, Damnandi, Absolvendi Verba Genitivum adsciscunt, & interdum Ablativum. *Adstringit se furti. Postularerepetundarum & repe-*

GRAMMATICÆ.

repensandis. Castigare se dementia. Condemnare aliquem crimine.

i v. *Aëtimandi Verba Genitivum frequentius, aliquando etiam Ablativum regunt. Parvi te pendo. Magno estimare.*

v. Recipiunt Génitivos & Ablativos promiscè *Verba Affectionum*, quæ curam aut perturbationem animi significant. *Pendeo animo, & animi.*

C A P V T X I I I .

De Verbis cum Dative.

i. **Q**UOD LIBET Verbum admittit Dativum Personæ, aut rei, cui qualunque modo aliquid acquiritur, vel adimitur. *Tribuo tibi eruditioem. Tibi arat, tibi occas, tibi seris.*

ii. *Sum habendi significatione cum Dative utimur. Regibus longæ sunt manus.*

iii. Quibusdam verbis, ut sunt, *Do, Duxo, Verbo, Tribuo, Habeo, etiam Sum pro adfero, gemini Dativi adduntur : quorum alter personam, alter commodum aut incommodum significat. Est mihi lucro, odio. Verit hoc mihi vitio.*

iv. Passivis frequenter Dativus regitur. *Pulchritudine videris mihi sapere.*

v. Et Gerundiis in duum necessitatem significantibus. *Morendum est vivis.*

I D E A

OBSERVATIO. Poëtæ interdum Dativum usurpant loco Accusativi. *It clamor cælo.*

C A P V T X I V.

De Verbis cum Accusativo.

I. ACTIVA Verba omnia Accusativos adsciscunt. *Iraeundiam qui vincit, hostem superat maximum.*

II. Neutra & Deponentia, quæ & ipsa actionem significant, aut Accusativum regunt, aut absolute ponuntur. *Amplexor virtutem. Odi garrulos. Crescit amor nummi.*

EXCEPTIO. 1. *Utor, Fruor, Fungor, Potior, Uescor,* Ablativum regunt. *Fruis luce. Utor ratione.* Sed *Utor, Fungor, Potior* aliquando Accusatum regunt: *Potior quoque Genitivum.*

2. *Interdico*, loco Accusativi, regit plurimq; Ablativum. *Interdicere alicui aquam & igni: Interdico tibi dominum.*

OBSERVATIO. Neutra sœpe regunt Accusativos suorum verborum aut cognatae significationis. *Currere cursum. Gaudere gaudium. Bibere vinum. Dormire somnum.*

III. Certa quedam Activa duplicem Accusativum regunt, unum Personæ, alterum rei. *Hoc te rogo, monstro, doceo, celo.*

C A P V T

G R A M M A T I C A.

C A P V T X V.

De Verbis cum Ablativo.

I. PASSIVORUM proprius casus est Ablatus cum præpositione. *Laudatur ab his, censetur ab illis.*

II. Mercandi Verba, & quæ ejus generis sunt, Ablativum pretij adsciscunt. *Vendidit auro Patriam.*

EXCEPTIO. 1. Quædam regunt Genitivos *Tanti, Quanti, Assis, &c.*

2. *Valeo* pretium significans, etiam Accusativum regit. *Liber valeat deem desarios.*

III. Quæ *copiam, inopiam, & similia* significant, Ablativum regunt: aliquando Genitivum. *Eger pecunias, & pecunia. Completo demen-
tiæ & dementia.*

C A P V T X V I.

De Infinitivis Regentibus.

SEQUITUR Rectio Verborum Infinitivarum: Squæ aut Nominum casus regunt; aut ab alijs Verbis reguntur.

Infinitorum casus regentium hæ sunt Regule.

I. Accusativus proprius casus Infinitivarum est, præcedens Infinitivum, perinde ut Nominativus verbum finitum: *Parare divitias. Con-silium roganti dare.*

I D E A

ii. Casus sequens Infinitivum *Eſſe*, & quæ illi cognata sunt, congruit cum eāſu præcedente. *Illi conuenit eſſe probo. Illi contigit evadere docto.*

A N O M A L I A.

Hujus Infinitivi ſēpe eſt Ellipsis. *Spero me laudem integratatis conſequunturum.*

C A P U T X V I I.

De Infinitivis Rectis.

i. **I**NFINITIVI adduntur verbis ſignificantiibus qualemque voluntatem, aut ſenſum, aut facultatem. *Cupit te videre. Saluum te advenire gaudeo. Docuit me legere.*

A N O M A L I A.

ELLIPSIS.

1. Verbi Regentis. *Mene incepto defiſſere viſtam?*

2. Infinitivi Recti. *Rhedum volo puerorum cauſa: ſcilicet proficiſci.*

ii. Verbum *Motus* ad locum regit ſupinum in u. *Venio ſalutatum, ſpectatum. It ſe perditum.*

O B S E R V A T I O.

1. Huc pertinet periphrasis illa Futuri Infinitivi, quæ fit ex Supino in u. & Verbo *Iam*, ac *Iri*. *Credo te hoc impetratum ire. Pompeius affirmat, ſe prius occiſum iri, quam te violatum iri.*

2. Loco

G R A M M A T I C A.

2. Loco Supini ſapè eſt Infinitivus, Graeco more. *Eam in videre.*

3. Verba *dō*, *volo*, *Reddo*, *curo*, *hoc ſupinum regunt*, ſine ratione motus, *volo te rogatum.*

iii. Verbum *Motus* e loco regit ſupinum in u. *Obſonatu redeo. Cubitu ſurgo.*

C A P U T X V I I I.

De Impersonalium ſpeciali Rectione.

i. **P**ATHETICA Impersonalia præcedunt Accusativi, ſequuntur Genitivi, vel Infinitivi. *Sue quenque fortuna pœnitet. Nec te pœnitent, calamo trivisse labellum.*

ii. *Interest & Refert* personam Genitivo deligant, à ſe autem Infinitivum recipiunt, vel Conjunctionem, cum particulis, *Ut*, *An*, *Nec*, & ſimilibus. *Interest omnium reſtē facere.*

A N O M A L I A.

1. *Interest & Refert* pronominum possifivorum Ablativum admittunt, ſemini generis. *Tua nihil interest.*

2. Etiam Genitivos *Precii & Aſtimatiſis*. *Magni interest, Parvi refert.*

3. Et Accusativos cum præpoſitione. *Magni interest ad deens & laudem.*

E 5

4. Et

4. Et Nominativos. *Illud mea magni interest.*

111. Quatuor his verbis, Decet, Delectat, Iuvat, Oportet, Accusativi personam addunt, sequentibus Infinitivis. *Valde me delecat, te graviter studere.*

C A P U T X I X.

De Casibus Instrumenti, & Mensuræ.

AD hunc Nominum & Verborum Syntaxin referuntur Casus *Instrumenti* & *Mensuræ*, qui tām Verbis, quām Nominibus, & tām Substantivis, quām Adjectivis promiscuè apponuntur. Ideoque ad certum locum, nisi per multiplicem ταυτολογιαν, negueunt referri.

De istis hæ sunt Regulae.

i. Ablativo casu efferuntur, quæ *Causam*, *Instrumentum* aut *modum actionis* significant. *Lata tur furto. Ferit illum gladio. Tari aqua mente. Deterior licentia. Civitate Romanus.*

ii. Quæ *Mensuram* & *Spatium* significant, Accusativo casu, vel Ablativo cum Verbis, aut nominibus adjectivis junguntur. *Turris altare centos pedes. Abest iter, & itinere unius dici.*

G R A M M A T I C A.

O B S E R V A T I O.

i. Nomen Excessus semper ponitur in Ablativo. *Sesquipedē, quam tu, longior.*

C A P U T X X.

De Participijs.

PARTICIPIA imitantur Verborum suorum constructionem. *Legere Virgilium. Legendū à Virgilio. Obscurus parentis. Ita quoque Germindia, & Supina. Homines nihil agendo male agere discunt. Legare venere questum injurias.*

ii. Participia cum in Nomina degenerant, regunt Genitivum. *Audax ingenii. Patiens inedia. Vielus animi.*

iii. Participia sèpè adsciscunt Infinitivum. *Ansus optare vetita.*

C A P U T X X I.

De Adverbijis.

HACTenus fuit Syntaxis *Dictionum Variabilium*: Sequitur *Invariabilium, Adverbiorum, Prepositionum. & Interjectionum.*

i. Adverbia Derivata retinent casum Primitivorum; ut: *Copix. Satis loquentia.*

B. DA VENARO

Huc referuntur Atticisci. *Eò dementie.*

Similitudinis. *Similiter hinc.*

Affinitatis. *Proximè Urbem. Propinquus mibi.*

Commodi. *Utiliter mibi.*

Superlativi. *Optimè omnium.*

Comparativi. *Nil lacrymā citius arescit.*

E X C E P T I O.

i. *Plus, Amplius, Minus*, neglecto primitivi casu, habent post se Nominativum, vel Accusativum, aliundè rectum: ubi tamen intelligitur *Quam*: *Plus duo millia hostium cesa, Vulnerantur amplius sexcenti.*

ii. Multa Adverbia regunt Genitivum; ut:

Temporis. *Tum temporis.*

Loci. *Nusquam gentium.*

Quantitatis. *Auxiliarum abunde.*

Pridie & Postridie: quæ etiam regunt Accusativum. + *Pridie Nonarum & Novas.* Aut absolutè ponuntur. *Pridie, quam excelsit è vita.*

iii. *En & Ecce*, alias Nominativum, alias Accusativum regunt. Frequenter etiam apud Ciceronem Dativum. *En crimen, en causa. Ecce miserum hominem. Ecce tibi Bruti literæ.*

C A P V T X X I I.

De Præpositionibus.

Præ-

G R A M M A T I C A.

PRÆPOSITIONUM aliæ regunt Casum unum; ut Accusativum, xxviii. Ablativum, xxi. aliæ regunt Accusativum vel Ablativum; quarum sunt vi.

O B S E R V A T I O.

1. Verba cum Præpositionibus composita sæpe retinent casum Præpositionis. *Quem sepè transit casus, aliquando invenit.*

Sepè etiam Præpositionem repetunt. *Venerat Pythagoras in iussu Imp. de vita decedere.*

2. Multæ Præpositiones eleganter usurpantur absolute, sine casu. *Circiter pars quartæ. Multis antè annis.*

3. *A, Ab, Abs, Absque* causam frequentius ostendunt. *De objectum, sive res de quâ aliquid dicitur.*

A N O M A L I A.

Ellipsis hic est frequens Præpositionis *Ad, Ante, post, propter, secundum, Ob, A, Ab, De, Ex, In.* Usque adolescentiam processi aetate. *Os humerosque Deo simili.*

C A P V T X X I I I.

De Interjectionibus.

INTERJECTIONE aut certum casum adsciscit, aut sine Casu Orationi inseritur.

Hei

Hei & ve Dativum habent. Sed *Hei* que. que Vocativum.

Hes Nominativum, Dativum, Accusati-
vum & Vocativum.

Pro, O, Hem, Nominativum, Accusa-
tivum, & Vocativum.

Vah Nominativum.

Heis & Obe Vocativum.

Ah, Accusativum & Vocativum.

Reliquæ Interjectiones absolutè ponuntur.

O B S E R V A T I O.

1. Nomina Sustinent aliquando vicem In-
terjectionis. *Navibus* (*infandum*) amissis.

Qua (*malum*) te vexare intemperie.

2. Ellipsis quædam est Interjectionis ali-
quando. *Me miserum!* scilicet ô! *Homi-
nem infelicem!*

C A P V T X X I V.

De Orationis Distinctione.

Sequitur Distinctio partium Oratio-
nis, qui Orationis membra suis interval-
lis discriminantur, ad bene scribendum, &
pronunciandum, per spiritus suspensionem.
Estque aut *Perfecta*, aut *Imperfecta*.

Imperfecta Distinctio est aut *Comma*, aut *Colon*.

Comma

G R A M M A T I C A.

Comma est Distinctio imperfecta, inabsolu-
tae constructionis partes cum aliquâ morâ inci-
dens. Ita hic imperfecta est constructio, ut sine
Verbo, & sensu, sermo incidatur. Nota ejus
est semicolonula.

Comma est aut *Unius vocis*, aut *Plurium*.

Unius vocis: ut; Legem naturæ non *didicimus*,
aceperimus, *legimus*; Sed ex ipsâ naturâ *arripui-*
mus, *hauiimus*, *expressimus*.

Plurium est, quod ambitu plurium verborum
circumscribitur.

Colon est Distinctio imperfectior, non sibi;
sed periodo sententiam absolvens. Hoc est: quo
Distinguitur periodi pars perfecta; sed sensu ad
consequenter partem relato.

Estque aut *plenum*, aut *semiplenum*.

Plenum periodisæ partem magis absolvit, &
duobus punctis paribus notatur.

Semiplenum minus absolvit: cuius nota est
comma, cum puncto superscripto.

Perfecta Distinctio vocatur Periodus, sibi
sententiam perficiens; sive: verborum ambitus
sententiam absolvens.

Estque *Simplex*, aut *Composita*.

Simplex membro tantum uno absolvitur, in
nullas alias partes subdivisa: ut, *Vis consilii*
expers mole ruis suâ.

Composita in plures partes distinguitur.

Suntque aut *Essentiales*, aut *Accidentales*.

Essen-

I D E A G R A M M A T.

Essentiales sunt *comma*, & *colon*.

Accidentales præter essentiam legitimarum partium accedunt.

Suntque aut *Appositio* aut *Interpositio*.

Appositio est, cum aliquid ad majorem rationem explicationem adjicitur: ut, *Rogo te, mihi gratisceris*: *Presertim* cum id facile facere possis.

Interpositio Parenthesis vulgo nominatur, cum inseritur aliquid periodo, quod in se sensum absolutum. Notatur semilunulis maiusculis, concavâ parte sibi oppositis. Cic. *Vidi enim (nam tu aberas) nostros cupere bellum*.

Esto hoc legitimarum interpolationum Exemplum.

Arma, virumque cano: Troje qui primus ab oris

*Italiam, fato profugus, Lavinaque venit
Littora.*

Vna hic est, & perfecta Periodus, sibi perficiens sententiam. Ejus colla sive membra sunt duo. Primum est, *Arma, virumque cano*. Alterum est, *Troje qui primus ab oris ad Lavina venit littora*. Primum coli incisum est ad vocem, *Arma*. Secundum duo habet incisum. Prius est ad vocem, *Italiam*. Posteriorius ad vocem, *profugus*.